Ling. 2425

Sũt qui sibi iam plurima compa
rare volumina statuerunt. a quoꝝ profecto lectione sepius dictionum auer
tit ignorantia. fastiditq; animus legentis. cũ orationis vocabula minus in=
telligat. Itaq; ne libri qñq; nobilissimi fastidio lectoris arca reconditi rodã
tur tineis. ac consumant̃ ceteris ligni termetibus. iste omniũ vtilissimus li=
ber vocabularius. cui nomen est breuiloquo Basilee acri studio electus. et
emendata nitidaq; littera impressus est. vt facile possit quisq; omniũ autoꝝ
lector illud tanq; ad appollinem delphicum. id est ad quoddaz interpretis
oraculum recurrere. vbi ⁊ vocabula tam theologie vniuersę. q̃ iuris vtri=
usq;. ceterarũq; facultatum non sine lucidis expositionibus reperiat. Nec
eius in orthographia obseruantiam tradiderim silentio. Habet em̃ tot in se
orthographię. id est. recte scribendi rationis conatus atq; studia. vt nesciã
si possit ipius diligentia saltem aliqua pecunia pariter equiparari. Compe
riet studiosus lector iandudum latitantez diphthongoꝝ artez. quę debeat
syllaba vel p ae. vel p oe. conscribi. quid p i. vel p y. quid aspiratione vel si=
ne ea. Deniq; quo sit accentu quodq; vocabulum enunciandũ. Q̃ si cũctas
velim etiam eruditiones vtilissimas hic exp̃mere. neq; mẽbrana sufficiet ne
q; dies. Sane sciendum p lectoris cuiusq; in hunc librum introductione. q̃
sunt q̃dam uel noue posita vel abbreuiata. Nam cum ę. repereris. tm̃ valet
q̃tum ae. diphthongus quę pene ad similitudinem e. litterę solent a nobis
pnunciari. ę. vero pro oe [illegible]. quę et ipa diphthongus instar e. litterę
a pluribus pfertur. [illegible] p quae. Et prę p prae. In quib⁹ au
tem dictionibus hui[illegible] diphthongi collocari. videbitur infra
tum in arte Guarin[illegible]eronensis litterat[illegible]tissimi viri. tum in exercitatiõe. hoc
est. in huius breuiloqui vocabularij assidua lectione. Ibi em̃ in practica in=
uentes. quod grammatici in speculatione ñcipiunt. Item vbi pe. cor. aspex
eris. penultima correpta scito valere. pe. pro. penultima producta. antepe.
antepenultima. me. cor. media correpta. me. pro. media pducta. Item vbi
m. s. masculini generis secundę declinationis. vel mas. gene. masculini ge=
neris. Item. f. p. feminini generis p̃mę declinationis. Item neu. ge. neutri
generis. Item. ꝯ. t. cõmunis generis. tertię declinationis. Item. ꝯ. p. com=
munis generis. p̃mę declinationis. ⁊c̃. In verbis q̃z. a. p. actiui generis pri
mę ꝯiugationis. a. s. actiui generis. secundę ꝯiugationis. n. t neutri gener
tertię ꝯiugationis. a. q. actiui generis. quartę ꝯiugationis. d. p. deponẽtis
generis. p̃mę ꝯiugationis. ⁊ sic de alijs.

In presenti libro continentur.
Item ars diphthongandi Guarini Veronensis
Item compendiosus dialogus de arte punctandi.
Item tractatus vtilis de accentu.
Item Breuiloquus vocabularius.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

48.3140

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf